

M I M

1 6 4 8



~~E. B. S.~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Hanaeensi

Festivitati Nuptiarum.

23.

VIRI

Natalium Splendore, ingenii flore, morum nitore,
virtutum, solidaq; eruditio[n]is decore
Clarissimi

Dn. FRIDERICI
MÖLLERI,

U. M. D. celeberrimi, Mathematici Regii
& Practici apud Stetinenses
experientissimi,

SPONSI,

ut &

Virginis selectissimæ, virtuosissimæ

SOPHIAE,

VIRI

Speciatissimi, genere ac prudentia florentissimi


Dn. ANTONII Hannoteauen/

Senatoris Stetincensis dignissimi, ibidemq;

Mercatoris Primarii, Filiae dilectissimæ,

SPONSÆ

gratulantur Amici.



Typis RHETIANIS, 1648.

nr. 20.



Mnia tempus habent
cælesti lege statutum,
Obtinet & metam hinc actio
queq; suam.

Quatuor annorum distincta subinde recurrūt,
Et retinent mores, tempora, ritè suos.

Ordine signorum lapsus procedit & ortus,

Quæ mundo certas dantq; reguntq; vices.
Sic si quis vel amet, vel ducat, sive quiescat,

Justo succedunt ordine cuncta suo.

Hic, pie Sponse, datis video te vivere metis,
Omnia qui dextrè conficienda putas.

Nunc ut ames, nunc ut ducas, tādemq; quiescas:
Ordo quis hic aliis pulchrior esse potest?

Hic ut amor firmus, connubia fausta, quiesq;

Cum tibi dilecta sit diuturna precor.

Honori harum nuptiarum factum

CHRISTIANO Brof SS. Th.D.

& ad D. Nicol. Past.

COnjugium laudant, & in illo plurima ja-
Etant

Gaudia, cōjugii vinclis qvicunq; tenentur.
Credo eqvidem dictis, si sit, qvæ ducitur, uxor
Et pietatis amans, & iniqvæ nescia fraudis,
Si non deformis, si non exuta pudore,
Si non mentis inops, non æris prodiga, si non
Imperiosa, loqvax, non vanô turgida fastu,
Si non pigra, salax, non præceps, effera, mollis,
Si non litis amans, non vultu torva leænæ:
Hæc bona : qvam MOLLERE meis tibi destino
votis,

Si reperire licet, qui te, tuaq; omnia novi,
Quæ dignum reddunt te, cui Venus alma puellam.
Adsociet, qvæ mille ferat tibi gaudia, prole
Egregia qvæ te faciat fœcunda parentem.
Nec puto me falli spe, nec fallaris ut ipse,
HANTOVIANA volet fatis tibi debita conjux.
Vivite felices, sit vobis copia rerum,
Sint thalami fructus vobis, concordia jungat
Pectora, nec vestros properè mors solvat amores.

Amico amicus

STEPHANUS SCHULTETUS

Med. D. & in Acad. Rost.

Professor.

A 2

Ad

Ad Clarissimum, Excellentissimum Sponsum, Medicum eximium, & Mathematicum Regium

EPIGRAMMA.

HAETenus in Cælo scrutatus es ardua puncta
Möllere, adsuetus volvere Zodiacum,
Et Lunæ numerare Phases, caudamq; Draconis,
Et Caput, & centrum significare poli.

Nunc aliud Coelum volvendum est, Punctum
aliud nunc,

In quo versetur, Sponse notare decet.

Tu modò Zodiaci feliciter excute Signa,
Et Sphæram hanc cauta volve, revolve manu:

Cum Geminis credo, simul & cum Virgine stabis

Proxime, & in Cauda juno Draconis ager.
Fausta erit ista Phasis; sed faustior illa per orbem

Quæ nono exacto mense sequetur, erit.

Si placet, atq; velis, precor ut Revolutio talis

Harmonico motu Sponse, quotannis eat.

Quicquid enim centro super, & moderante mo-

vetur
Naturâ, nunquam difficile, aut satis est.

ita

Iudebat

GEORGIUS KIRSTENIUS, Med.D.
ejusdemq; Professor Regius,

Ad

lentis.
Ma.
uncta
diacum,
raconis,
oli.
Punctum
nc,
lvemani:
ne stabis
is aget.
orbem
it.
alis
is eat.
ante mo-
retur
est.
s, Med.D.
or Regius,
Ad

AD EXCELLENTISS. & CL:
DN. FRID. MULLERUM, M.U.D. SPONSUM
DE PLATONICA CONCORDIAE RATIONE.

TOLLE MEUM ATQ; TUUM, PLATO ait. Si degere
concors

Civis in urbe volet, TOLLE MEUM ATQ; TUUM.

TOLLE MEUM ATQ; TUUM. Tecum sine litibus uxor

Vivere si debet, TOLLE MEUM ABQ; TUUM.

TOLLE MEUM ATQ; TUUM. Si gratum patris amore

Vis sentire pij, TOLLE MEUM ATQ; TUUM.

Qvod patris est gnatus totū sibi vendicat: & qvod

Gnati est, est patris. TOLLE MEUM ATQ; TUUM.

Omnia amicorū mea sunt: Mea vendico amicis.

Non divisa placent. TOLLE MEUM ATQ; TUUM.

Sponse, tibi Sponsa est. Lex veræ perpes utrumq;

Stringit amicitiæ. TOLLE MEUM ATQ; TUUM.

Sponsa suum dedit tibi. Tu tua dedito Sponsæ.

Nil tibi sit proprium. TOLLE MEUM ATQ; TUUM.

Tu qvod habes, qvo Sponsa caret, fac tollere possit

Sponsa & conclamet: TOLLO TUUM ATQ; MEUM

Qvod Sponsæ est, qvo, Sponse, cares, tu tolle

tuæq;

Dic gratus Sponsæ: TOLLO TUUM ATQ; MEUM

Tollite tollendū. Tua sunt, queis Sponsa superbit.

Ettua sunt Sponsæ. TOLLE TUUM ATQ; SUUM.

3. MICR.

A 3

Mulle-



MULLERUS Doctor Medicā præclarus in arte
Curavit multos hactenus utiliter,
Sed qvia non satis est, alios curassè peritè,
Utpotè qvod gravior propria cura sui,
Inter formosas & castas Hantovianam
Eligit, En curam, non sine fruge, sui,
Cura suum curet curandum, curet & idem
Curandus curam, sanet utrosq; Deus!

JOHANNES PASCOVIUS
Advocatus; Senator & Aedi-
lis apud Stetinensis.

Adjunctus fueram tibi Commissarius, usq;
Iurgia dum fuerant Cleri sopita nociva.
Adjungis tibi nunc Aliam Doctoř Fridericę,
Cum Quā non minimas dirimes (nam) pectore lites:
Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,
In qua nupta jacet, minimum dormitur in illo.
Tu litem alterius noscens componere, quæso,
Hancce tuam propriam SENSIM componere
suesce;

Et Fridericus eris omen cum Nomine mutans,

Jucundæ gratulationis ergo apposuit
CL. DNO Sponso, suo Affini
honorando.

M. PETRUS MESSERSCHMID,
Præpositus Gryphisagie.

Jam

Fam decor' arboribus, Sponsus Tibi, Sponsa;
Quid inde?

Arbor eris frugi, sed decor ille Tibi.
Floreat ille decor, canat arboris incrementum,
Et latus tandem fructus utrumq; canat!

Ita vovebat animitus

IMMANUEL PLACOTOMUS,
Advocatus & Scabinatus
Stetin. Assessor.

EST Medicina Bonum, qvô non divinius
ullum:

Sæpe ægrum è mortis faucibus illa rapit,
Hinc Medicus tollendus erit qvoq; laudib. am-

plis,

Æmulus esse suâ qvòd studet Arte Dei.
Verùm, qvid de Te, Doctor celeberrime, dicam?

Ferre vales aliis pharmaca sana qvidem;
Te curare autem nescis, dum pectore langues;

Virginis at flexò poplite poscis opem.

Corporis an Medicum modò Te profiteris, &
ægri

Pectoris adfectûs posse levare negas?
Si sic: certa tibi Medicina Viraginis esto.

At tu gratus Ei præmia larga refer..

Ex

Ex Sacris nōsti qvia, qvōd mactandus honore
Sit Medicus, Praxis dandāq; dona monet.

Observantiae, & boni ominis
ergo s.

M. MARTINUS BAMBAMIU.S.

FLUXIT Hyems rigidæ depulso frigore Bruma,

Succeduntq; novo tempora verna modo.

Cuncta vigent, tellus ridens molliaëre gaudet,

Arbor & umbrosas explicat alta comas.

Luxuriant saliuntq; greges jam cespite lœto,

Frondibus in lœtis consociantur aves.

Nec possunt pisces flamas restingvere in undis,

Palmite de gravo jam nova gemma tumet.

Primula Veris eunt, implantat Eryngia Phyllis,

Mollia pro maribus Pentaq; philla serit.

Recte itaq; herbatum MOLERE in Nobile

pratum

Dilectæ SOPHIAE vis properare tuæ.

Euphrasiam namq; invenies, Venerisq; capillos

Cumq; Chamæzelo Teucria mollicula.

Quæ si propitio, ceu nosti, sydere carpes

Næ faciet semen prolificare bonum.

Humectabit enim flores fons Cypridis ille,

Quem tua metiri pertica sola potest:

Circi-

*Circinus interea præsto , sit regula præsto,
Fiat ut in centro linea justa novo.
Recta Mathematicum non fallit, curva rotundi
Linea at objecti fallere sæpe solet.
Tu metire tuum objectum; dimensio trina.
Dulce dabit study næ Paradigma tibi.*

Clarissimo

Dno. D. FRIDERICO MÖLLERO
Sponso Medico, & Mathema-
tico Regio, Favitori & Fratri
pl. colendo lmq; scribebat

*Michaël Beggerow,
S. S.*

COnjugii casti Deus ipse est autor , abunde
Pagina qvod sacri codicis alma docet.
Utq; Deus mens est aliena libidine pravâ,
Sic genus humanum castus adornat amor.
Hoc cùm non lateat præstans te sponse , pudica
In vitæ sociam nunc tibi Sponsa datur.
Felices igitur longævam ducite vitam,
Et videat vester germina lœta torus.

*gratulabundus
f.*

JEREMIAS FELBINGER,
illust. Pæd. Stet. Profess.
Et Musicus.

B

Si,

Circi-

Si, nisi qvam nôris, conjux est nulla legenda,
Verba velut vulgi non malesuada sonant;
Conjugium hoc recte cedet, dum Sponsus ami-
cam

Non uno potuit nomine nôsse suam.
Si cælum spectes, qvî Sponsæ faverit astris,
Sponsus præ multis *Uranometra* viget.
Naturæ spectas dotes, qvibus illa renidet?
Naturæ *Physicum* haud dona latere queunt.
Qvî tenerum valeat *corpus*, nescire neqvibat,
Cujus *Apollineâ* pectus ab *arte* sapit.
Felices ergo, qvos jungunt astra, qvibusq;
Natura & melior sors sua dona probant.
Officio sed ne desis, *Mollere*, memento,
Qvâ polles, Sponsam permolere, arte, Tuam.
Sic reditus feret illa suos & pignora, ne vos
Supremo citius funere solvat amor.

Ita Excellentissimo Dn. Spons
acclamabat

M. Joh. Ludovicus Hagendorf
Noribergensis.

WAs tragen wir davon wen vnser Leben rauchet/
Als dieses daß man liebt/ so bald es gar ver-
schmauchet/
So

genda,
onant;
sus ami-

n.
cris,
get.
et?
queunt.
vibat,
it.
usq;
obant.

, Tuam,
vos
r.
Spons

gendorn

xoooo
ichet/
es gar ver-
schmauchet/
Go

So sind wir wol vergnügt/ wen unser Geist gehabt.

Was ihm in seinem Schweiß das Herz hat gelabt.

SOPHIA giebet dir/ die wird nun auch ergetzen

Herr Bräutgäm ewren Geist/ vnd ewren Schweiß ersetzen/

Mit lauter Freud' vnd Wonn'/ Ihr seyd sehr wohl ver-
gnügt/

Den beydes Geist vnd Leib hat diesen Schatz ersiegt.

Zuehren den beyden Verliebten/

vnd

Sonderbahrer Ergezung aller dehrer

die diesen Nahmen führen/

entwirft dieses

Samuel Gothfried Hempel.

PRincipium DEV S est, cunctorum & causa bono-

Ceu passim nobis pagina sacra canit. (rum,

Non dubium est igitur, Tibi quin, Clarissime Doctor,

Hujus conjugii causa Deus fuerit.

Lætitia hinc nostris o quanta Parentibus instat,

Quem Natæ ob dotes obtigit iste Gener.

Quam dulces fructus Sponsorum hinc carpet uterq;

Quos bona sors fato prospere beat.

Quid defit, quin vos optatæ sortis alumnos

Turba vocatorum dicere jure queat?

Has ego fortunas sincero grator utriq;

Pectore; perpetuas has velit esse Deus!

B 2

Esse

*Esse procul jubeat, quæ gaudia rumpere possunt;
Et grato affundat, quæ bona cung_z sinu.*

Gratulabundus scribebat
Sponsæ frater
ANTONIUS HANNOUEAU, S.P.

Vltima conjugii tædas subitura sororum
Excedit patriâ sponte coacta domo:
Vertat, jo vertat summi benè rector Olympi!
Solenni ut desint omnia læva die.
Sic adeò cunctis in eadem sorte locatis
Vltima cum prima sint in honore pares.
Sat jam lætitiae Natae peperere Parenti,
Hæc cum tam fausto cætera fine beet.
Nunc series agitur Natorum, ne minus inde
Pro voto exurgant gaudia vera Patri.
Matura optârim! sed adhuc hæc messis inherba
est;
Atqve sibi patrui tempora cana petit.
Hos precor ergo Deus conservet corpore sano,
Dum paria è nobis gaudia concipient.

*Id quod precatur
Sponsæ frater*

JACOBUS HANNOUEAU,
S. P.

15(0)50
8

Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastorvi Ecclesiae in Racow.
cum praejudicium Magisterij nancissecet Decano
M. Thesodoro Eberto 17 Calend. Maij
A. 1624. aetatis meae 19.

Ito bonis avibus GEBELI, quo Dux Autor,
Eus te fata vocant, ito bonis avibus.

Magnum opus adgredens, sed, quod tibicine fultus
Numinis ætere, fortiter expedes.

Imbuet orantis lingam locuplete Suadâ,

SPIRITUS Orator cœlicus ille, tuam.

Seminum disperge DEI per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, clato.

Et vineta DEI assiduo accubusq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra BAPTISTA imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta.

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erigi, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospéra dicentes queis sacra dicta feres.

Sublatissim' olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,

Cum tuba te rupia tumbâ revocabit ab umbris,

JOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursum te pascam & nectare, quare

Magna cape astrati præmia, carpe, poli.

Hoc penitus animi penetralibus opto, precorq;

JANE mihi multo nomine char! VALE.

NR 827

TA - FL


ULB Halle
002 062 674

3



VON





Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



ti Nuptiarum.

VIRI

ingenii flore, morum nitore,
dæq; eruditionis decore
clarissimi

IDERICI
LERI,

mi, Mathematici Regii
apud Stetinenses
cientissimi,
PONSI,

ut &
issimæ, virtuosissimæ

HIAE,

VIRI
ac prudentia florentissimi

III Hanno te auen/

sis dignissimi, ibidemq;
arrii, Filiæ dilectissimæ,
ONSÆ

ntur Amici.

IANIS, 1648.

23